

78N2[63]

81

ECHO
SECUNDI
JUBILÆI
EVANGELICI SOLENNIA
EXHIBENS,
*AB QUAM
IPSO DIE*
CONCORDIÆ,
QUO
B. D. MARTINUS LUTHERUS
ANIMAM IN DEO PLACIDISSIME EFLAVIT,
DECEM ORATIONIBUS SCHOLASTICIS
PIE
CELEBRANDAM
OMNES AC SINGULOS REI SCHOLASTICÆ WERNIGERODENSIS
MÆCENATES, FAUTORES ET AMICOS
OMNI QUA PAR EST SUBMISSIONE AC HUMANITATE
CONVOCAT ET INVITAT
EUSTASIUS FRIDERICUS SCHÜTZE,
RECTOR.

WERNIGERODEÆ,
Ex Officina MICH. ANT. STRUCKII, Typogr. Aul,



78N2[63]

+3059693



Q. D. B. V.

Trimestre & qvod excurrit temporis spatum est, ex qvo secundum Ecclesiæ Evangelicæ jubilæum alta mente habemus repositum, cujus solemnitas eo horarum momento & me una cum conjunctissimo meo Collega Domino Fleischero Correctore nostri Lycei meritissimo provocabat, ut sequenti die in publica Mæcenatum, Fautorum, discipulo-rumque frequentia pro instituti ratione quædam de vita virtutibusque Thau masiandi nostri Lutheri quâ mertricè quâ prosaicè verba faceremus, quo etiam in Wernigerodenſi Camenarum ſede propter instauratum Evangelii lumen, quod Deo Lutheroque acceptum ferimus, supremi Numinis gloria ſonaret. Induxeram quoque animum, ceu in moribus ſcholarum publicarum hactenus optimè poſitum eft, per nonnullos ex agmine noſtro ſcholaſtico electos juvenes huic jubilæo ſolemnia referre, ſed temporis, auditorii, altarumque rerum opportunitas mentem mutare jufſit. Hisce vero rerum circumſtantii jam rite poſitis, alium quendam diem huic exercitio ſcholaſtico ſacrum eſſe volui, quo nimirum echo quedam ſecundi jubilæi Evangelici ſolennia in memoriam revocans in noſtro Phrontiſterio oriatur. Quotus enim quisque eft, qui memoriam hujus exultationis Evangelicæ adhuc vigere negat? aut qui ſis gratiam in hoc jubilo a Deo confeſſam ex mente & ore reſonandam ceſſare fecit? Res fane ita comparata eft, ut fere unumquemque ſana mente prædictum hujus instituti rationem approbantem audiām, ſiquidem Reformationis opus, qua eft dignitate atque excellentia, nullo non die in ſublime attollendum eft. Quidni ergo negotium noſtrum ap- prime ſub manus ſuccidat, quandoquidem Diem concordiæ, quo Megalander noſter A.R. S. 1546. fatto cefſit, Lethique viam calcavit, craſtina luce, ſi Deo viſum fuerit, aucturi ſumus? Neminem, niſi qui nefcio qui Spiritu contradictorio aut præjudicata mente agitatus ſuamer virgula cenforia quod libet conamen metiri ſolet, hocce pium institutum dente quod dicitur Theono rodere poſſe certus ſum. Poſthabitis ergo hisce merito actus declamatorius a noſtris adornatuſ echus nomine veniat, quo iterum iterumque ea reſonare curabimus, quæ ſaluberrimum Reformationis opus ducentis ab hinc annis ceptum exantlare videri poterunt. Atque hoc non ſine ratione. Si enim lubet paulo prolixius echus rationem evolvere, fane conatus juvenum addicendum paratorum optime cum illa congruit. Echo nimirum, ſi Sulmoniſi Poetae credimus Nympha fuit ea indole prædita, ut quidem non prior loqui attamen audita aptiflme reddere potuerit; Non inuile ergo modo allegatus Poeta deilla inquit:

(a) Vocalis Nymphæ, quæ nec reticere loquenti,

Nec prior ipsa loqui didicit, reſonabilis Echo.

Et paulo poſt eadem pagella: Hæc infine loquendi

Ingeminat voces, auditaque verba reportat.

Vix ac ne vix quidem mihi perſuaderim, Poetam, qvaſuit creatarum rerum scientia, certum 'Φιστάμενον' ſub echus ſpecie credidiffe, hoc enim creditat Ju-

dæus

(a) Publ. Ovidius Naso Lib. 3. Metamorph. Fabula 8.

deus Apella, non ego; potius rem saltem indicare et juventuti, quæ per modulum concipiendi occultas rerum qualitates graviter comprehendit, in cognoscendis rebus naturalibus suppetias ire voluit. Id quod universalissimum in Mythologicis clavem exhibet, qua ratione nimurum prudentissimi Ethnorum præstantissimas res et moralia sub istius modi imaginibus suos docebant. Ut paucis multa complectar; leviter saltem loco omnium Ciceronem attingam, qui expressis hanc de Furiis sovet sententiam: (b) Sua quemque fraus & suis terror maximè vexat; suum quemque scelus agitat amentiaque adficit; suæ malæ cogitationes, conscientiaeque animi terrent. Hæ sunt impiis aspidæ domesticæque furæ, quæ dies noctesque parentum poenæ a consceleratisimis filiis repeatant. Si itaque rem ipsam sub imagine Nymphae exhibet, tane non procul ab eo abit alius Poëta huic nequam secundus, quandoquidem Maro vir rerum usu exercitatisimus echus rationem optime describit (c) ubi concava pulsus

Saxa sonant vocisque offensa resultat imago.

Atque ut hac vice scholastica e scholasticis autoribus illustrem (nam in scholasticarum rerum circulo aguntur, quibus cathedra non fugietus de mandata est) porro Horatius eidem echus sententia subscribit (d) hisce: cuius retinet jocosa nomen imago,

Imo Græci (e) per interiorem vocis vim hujus rei formam, si non penitus attamen aliquatenus indicant, qui cavas rupes vallesque argutas Ηχοὺς vocant. Quo etiam Stagirites respicere videtur inquiens: Ηχα, ἵστι ἀφί θερν τοῖς νεάτης λεγόμενος. In quo ferè una mente unoque ore consentit celeberrimus Buddeus (quem honoris & amoris causa nomino) qui echo ita describit: Si aer fono concensus inque orbem velut extensus incidit in corpora dura & concava, a quibus repulsus denuo aut aliquot vicibus, aures nostras eodem modo adficit, echo inde oritur. Sed quid multis? Non hac vice id mihi peculiariter sumam, de hac vallium soni repercussione multa fari ad rem non spectantias sufficit, exposito hoc naturæ Phænomeno saltem id indicasse, quod nostrum scholarium institutum non sine ratione echo audiat. Sunt enim, qui nil dicunt, quod non dictum sit prius, quique in concessa veritatis divinæ lumine hacenus educati & eruditæ sunt. Quid itaque remoram mihi facit, quo minus juvenes fidei meæ concreditos Catechumenos dicam, quippe qui haec tenus vocem doctrinæ sanæ (g) vivo docendi modò ex me meoque Collaboratore receperunt, eamque fono reciproco hac vice reddere admittuntur. Hinc celeberrima distinctione (h) Patrum ecclesiæ inter catechumenos & Catechetas quoque inter nos tam late patet, imo etiam in scriptura declaratur, in qua vocabulum καληγένειον (i) sensum reciprocum habet, & notat, certas quæstiones ac responsiones viva voce explicare & a rudioribus ruribus exigere. Et si dicam, quod res est. Ecclesiastica in primis Religionis Christianæ elementis informatio, quam catechelin dicere moris est, sensu patrum fuit ἀντιτροφὴ seu vicissitudo interrogationum & responsionum, quæ fit a Praeceptore summam doctrinæ viva voce tradente & auditorie eandem κατ' ἴχνον seu fono quasi reflexo reddente. (k) Quæ cum ita sint, mea opinione omnes seduli scholarum christianarum juvenes Catechumenorum nomine optimè ornantur, quia omnes ad unum scholarum doctores, qui Christo sua nomina dedere, id præcipue agant, ut studiosi juvenes vero Christianismo imbuti dignam Christo vitam agere discant, nunquam enim crediderim, quod quispiam quin Christia-

- (b) M. T. Cicero Orat. pro Sex. Roscio Amerino Cap. XII § 14. (c) P. Virgilii Mævo Lib. 4 Georg. V. 49 & 50. (d) Q. Horatius Flaccus Lib I. Carmin. Od. 12 & Od. 22. (e) Joannes Scapula p. m. 613, it. Colum. lib. 9. Cap. 5. (f) Ioan. Francisc. Buddeus. D. & Theol. famigeratus in Philos. Theoret. p. m. 282. (g) 1 Tim. 1, 10. 1 Tim. 6, 3. Tit. 2, 8. (h) Eusebius lib. 6. Histor. Ecclesi. Cap. 3. (i) Luc. 1, 4. Act. 18, 25. Gal. 6, 6. (k) D. Conrad. Dieterici institutiones catechesis, p. m. 2, it. D. Zach. Schilter præf. Disput. catech. p. 6.

stianismus veritatibus divinis munitus in literarum ludis utramque faciat paginam, inficias ire poterit. Hoc, hoc modo inquam, echus ratio in apricori; quandoquidem operam oleumque perdant necesse est, qui scribendo tantum in veritatibus divinis humanisque suos erudire gestiunt, nequaquam nimirum intelligent, quantum viva vox solitaria lectione & scriptione in auditoris mente praestet. Nos interea aliter rerum usu edocti aliter in Lyceo nostro vivere confuevimus. Non miretur itaque quispiam, quid actus oratorius de monomachia b. Lutheri cum Papa R. Leone X agens nobis echus specie veniat, meliori enim iure quam Ovidius oratores juvenes craftina lucce Deo dante in medium prodituros sub Nymphæ Persona provocavi, de quibus, ut ejus verbis paulisper mutatis utar, valeat:

Hi nec reticere loquenti, nec priores ipsi loqui didicere

Sed in fine loquendi

In gemitant voces auditaque verba reportant.

Atque ut hac ratione appareat, quid valeant humeri aut quid ferre recusent, quantumve ex nostris resonare poterit in re Lutherana, ex medio discipulorum nostrorum prodibunt nonnulli & quidem,

- I. CHRISTOPH. ERDMANN BIEK, *Mansfeldensis*, Legitimam institutum rationem de duello b. Lutheri cum Papa R. præmisso Auditorii titulo commendabit oratione latina.
- II. JOANN. CHRISTOPH. TOENNIES *Wernigerodenensis*, Procemia hujus Monomachiae ex prioribus seculis evolvet versu latino.
- III. HEINRIC. CHRISTOPH. BRÖSICKE *Herico-Meß-Marchicus*. Ipsum pugnae tempus notabit carmine heroico.
- IV. HENRICUS CAROLUS SCHÜTZE *Haina-Stolbergensis*, Palæstram hujus digito quasi demonstrabit.
- V. TOBIAS ANDREAS CHRISTIAN DELIUS *Halberstdadiensis*, In causas monomachiae b. Lutheri cum Papa R. inquiret sermone Latino.
- VI. JOHANN CHRISTOPH KRAHMAN *Nostrar*, de Personis hujus duelli figillalim consideratis verba faciet.
- VII. JOANN FRIDER. BODINUS *Wernigerodenensis*, Ipsam monomachiae formam omni jure licitam exhibebit oratione latina soluta.
- VIII. ERNEST. LUDOVIC. ADOLPH. FISCHER *Nostrar*, de parafrasis hujus duelli aget germanica prosaica.
- IX. CHRISTIAN THOMAS WOLGEMUTH *Wernigerodenensis*, de exitu pugnae pauca edifferet latino idiomate & tandem.
- X. CASPARUS HENRICUS FRICKE *Wernigerodenensis*, Pæana hujus addet carmine germanico, imo propotentissimo SERENISSIMO QUE BORUSSORUM REGE FRIDERICO WILHELMO; pro ILLUSTRISSIMO COMITE CHRISTIANO ERNESTO DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO; pro ILLUSTRI EJUS RÉGIMINE; pro SPECTATISSIMO SCHOLÆ EPHORO; pro AMPLISSIMO SENATU; pro REVERENDO MINISTERIO, pro UNIVERSO COLLEGIO SCHOLASTICO & pro INCLITA CIVITATE vota funder, proque benevolentissima Auditorum præsentia devinctissimas aget gratias.

Quotquot ergo Mæcenatum, Patronorum Amicorumque hisce pietatis exercitiis delectantur, Eos, qua' decet mentis submissione & observantiae cultu rogatos volo, ut ras Deo dante d. 12. Cal. Martii hora 8. benevolo attentionis animo ad hæc schole solemnia in Auditorio nostro conveniant, utque Musis nostris porro favere pergent oro atque obsecro.

P. P. Wernigerod. ante dicm Concordiaæ d. 13. Cal. Mart.

A. R. S. clo lccc xviii.

78 N2 [63]

81

ECHO

SECUNDI

ILLIBILÆ I

ANGELICI SOLENNIA
EXHIBENS,

AD QUAM
IPSO DIE

NCORDIÆ, QUO

MARTINUS LUTHERUS

AM IN DEO PLACIDISSIME EFFLAVIT,

ORATIONIBUS SCHOLASTICIS

PIE

CELEBRANDAM

GULOS REI SCHOLASTICÆ WERNIGERODENSIS

ES, FAUTORES ET AMICOS

PAR EST SUBMISSIONE AC HUMANITATE

NVOCAT ET INVITAT

S FRIDERICUS SCHÜTZE,
RECTOR.

WERNIGERODÆ,
MICH. ANT. STRUCKII, Typogr. Aul.

Farbkarte #13



THE
LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF MICHIGAN

78 N2 [63]
13059693